

quicumque in eum blasphemaverit, nisi penitendo se correxerit,
non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Qua de re, ut fuit
placet Augustino, blasphemia in spiritu sancto est, quod non remit-
tetur neque in hoc seculo neque in futuro. Cor inpenitens illius videli-
cet, qui absque penitentia in suis moritur peccatis. Ergo qui in sacris or-
dinibus, ut supra declaratum est, erraverit, nisi ab huiusmodi errore
penitendo recessit, absque dubio non remittetur ei neque in hoc se-
culo neque in futuro. Ecce de sacerdotali consecratione penitulantibus
veritatem, quae in sacris eloquiis sparsim habetur, per viribus aggre-
gare curavi, quamquam peregrinus et advena, ut ipse frustra confin-
gere non erubescam. De cetero autem iam quid aliud restat, nisi ut domi-
natorem omnium invocantes dicamus cum propheta: Exurge Domine, iu-
dera causam tuam.

32. Quod iuramentum etiam per Verum datum, si ad peccandum non
pertinet, inrefragabile sit observandum. Ans. Calcata reverentia
velut obsecrator me perjurium incurere affinis in eo, quod iure iu-
rando spondendi, ut secundum meum posse ordinationem, quam Formosus
fecit, subvertam. Fateor equidem, quia datum violentis depreffus iuramentum,
ut secundum meum scire et posse praefatae ordinationis defensor exi-
starem. Sed quoniam in apostolicis pontificibus una est auctoritas, sicuti
papa Marinus eundem Formosum de iuramento, quod iuratus dederat, re-
vovere potuit, ita et me apostolicus pater ab illius sacramenti nexu dissol-
vit, et iuramenti sponsione ligavit, ut eandem ordinationem secundum
meas vires ad nihilum redigam. Def. Scripturarum testimoniis et pa-
trum documentis sapientis diffinitum est, ut ad malefaciendum nemo sacra-
menti constringi debeat, et si aliquatenus factum fuerit, non sit obser-
vandum, sed magis poenitentiae submitendum. Formosus enim non